

Alexander Romanus sedit ann. X mens. VII dies II, sepultus
via Numentanensi. Iste in secreta minae passionem
domini adiunxit et aquam exorcizatam agi prae-
cepit. Anno CXXI indict. IV.

Hiclus Romanus sedit ann. X mens. II dies I, sepultus in Vati-
cano. Iste constituit, ut episcopus, qui ad sedem
apostolicam venisset, rediens non susciperetur, nisi
formas secum detulisset, et ministeria sacra
contingi a ministris sacris. Anno CXXXIV indict. XII.

Thelephorus Graecus sedit ann. XI mens. III dies XXI, sepultus in
Vaticano. Iste constituit, ut septem hebdomadas
ante pascha ieiunium celebraretur et in natali
domini nocte missae celebrarentur. Anno CXXXIX
indict. VII.

Hyginus Graecus ann. IV mens. III dies VIII, sepultus in Vaticano.
Iste clerum composuit et gradus distribuit secun-
dum apostolicam disciplinam. Anno CL indict. III.

Anicetus Syrus ann. VIII mens. III dies III, sepultus in cimiterio
Calisti. Iste constituit, ut clerus cornam non nutriet
secundum apostolicum praeceptum. Anno CLIV
indict. I.

Pius Aquileiensis ann. XI mens. IV dies XXI, sepultus in Vati-
cano. Iste constituit sanctum pascha semper die
dominico celebrari et venientem ex haeresi sus-
cipi. Anno CLXIII indict. I.

Lotus Campanus ann. IX mens. III, sepultus in cimiterio Ca-
listi. Iste constituit, ut nulla monacha pallam
consecratam contingeret nec incensum poneret.
Anno CLXXV indict. XIII.